



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt. IV. De tertia radicare restitutionis, quæ est injusta damnificatio,
seu læsio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

dum is scit prædium non esse suum, atque aded nec fructus, & tamen absolute, & sine conditione consumit, injuste agit; & quidem, interpretative, contra illum, cuius est re vera res.

Dixi (regulariter) nam si hoc animo explicito, vel implicito quis affectus esset: Quia hi fructus sunt Petri, verbi gratia; Principis, ideo eos accipio, & consumo, nam si essent Pauli, vel alterius privati, non acciperem, nec consumerem: tunc certe si fructus de facto sunt Pauli, non esset is injustus, nec respectu Pauli, nec respectu Petri Principis, propter argumentum factum ex de Lugo tom. 1. de iust. d. 17. sect. 3. num. 78. sine, (lege ita Sancti loc. cit. num. 157. Molin. ab eodem citatum; & eundem de Lugo d. 7. ibid. sect. 3. num. 25. 26. & 27. quæ ego auctori sup. lib. 6. cap. 4. §. 3. n. 1.) & consequenter non esset obligandus ad restitutionem ex injusta acceptione, ex probabilis opinione, de qua in simili dixi superius, lib. 6. c. 4. §. 3. a num. 30.

3. Tertia Dubitatio: Quid, si meus Prædecessor mala fide laboravit, at ego bonam habui, nocebitne mihi fides hæc mala prædecessoris?

Respondeo; Communis est Doctrina, nocituram tibi, si es successor universalis, non verò si sis particularis; Universalis successor est, verbi gratia, hæres, qui in omnibus succedit Testatori defuncto. Particularis est verbi gratia, legatarius, & quilibet, qui ab aliquo habet, emit, dono accipit aliquam rem. Ita Sanchez loco citato n. 155. de Lugo disp. 17. cit. num. 79. alique Jurisperiti ab iisdem citati. Ratio autem hujus communis doctrinæ esse debet, quia hæres, verbi gratia, universalis repræsentat personam Testatoris, possidetque omnia ejus bona eo modo, quo ipse Testator possidebat, nam propterea obligatur, saltem juxta vires hereditatis, ad omnia Testatoris debita, sed Testator habebat sua bona obligata propter ejus malam fidem vero domino, illique debebat eos fructus, mala fide consumptos restituere, ergo & restituere debet ejus successor: saltem, ut dictum est, juxta vires hereditatis. Hæc autem representatio cum non adsit in successore particulari, si ipse bona fidei titulo, ut supponimus, valatur, cur ab aliena fide mala premendus sit? Non ergo obligabitur ex injusta acceptione, sed solum ex re accepta.

CAPVT IV.

De tertia Radice Restitutionis, quæ est injusta Damificatio, seu Læso.

1. Qui obligatus ad restitutionem ex præcedentibus radicibus fuit, aliquid sive bona, sive mala fide usurpavit: nam ideo possessor vocari potuit, necne verò de eo loquimur, qui contra rem alienam sine ejusdem rei usurpatione, injuriam præfert. Id, quod sit vel positive rem destruendo, ut si quis segetes alienas comburat, alienum argentum in mare proiciat, simile quid faciat: vel positive impediendo, ut si quis proximum injuste impediatur, ne suas res temporales, sua legata, suas hereditates consequatur.

§. I. De positivo destructore rei alienæ.

1. Hic locus esset explicandi, quanam culpa requiritur ad pariendam obligationem in eo, qui rei alienæ damnum infert; Theologicæ, an Juridicæ? Vide sup. c. 2. §. 4. Rursus gravissime, an levis? Vide sup. cap. 2. §. 5. Deinde quodnam damnum, indirectumne, an directum? Vide sup. lib. 6. cap. 4. §. 1. Denique a quonam illatum a se, an etiam a servo, a filio, ab animalibus suis? Vide sup. ibid. §. 2. sed quia de his per aliam occasionem plenè disputavimus, hic satis sit ea, quæ supersunt, insinuare.

2. Quoad hæc ergo damnificationem, hæc noceatur: Qui per culpam injustitiam rem alienam accipit, vel deteriorem reddidit, non solum debet restituere valorem rei, ejusque fructus, sed etiam omne damnum, quod emergit, ac omne luctum, quod cessat ex ejusmodi læsione. Ratio regulæ est, quia alioquin non induceretur æqualitas quæ per suam injustitiam actionem a damnificante inducitur.

3. Dictum est primò, (per culpam injustitiam) gravem Theologicè, modo satis explicato, sup. c. 2. §. 4.

4. Dictum est secundò (destructore, vel deterioratore) utique directè, & ut causa per se nam quid sit damnum, sit indirectè destructio, & per accidens, sup. lib. 6. c. 4. §. 1.

5. Dictum est tertio, (valorem rei) quanti valebat, sive in re, sive in spe, quando à te destructum, nam secundum illum valorem domino damnum inferri solet. Quod si solum rem deteriorem reddidisti, debet duntaxat, quanti æstimatur deterioratio: sic enim inducitur æqualitas.

6. Dictum est quarto (ejusque fructus) id, quod applicabitur mox num. 9.

7. Dictum est quinto (omne damnum &c.) enim toties causa supponitur esse injusta damnificatio.

8. Dictum denique (ex læsione) intellige tamquam ex causa per se, nec solum, ut modò dixi, tanquam occasione per accidens: id, quod iterum notasse legimus, non est.

9. Vnum jam superest explicandum: Valor rei, si scilicet in duplici statu, nimirum præsentis, vel futuro, potest: Occidisti; v. g. hodie pullum equi, quod prædicta spe futuri eventus, deductis expensis, laboribus, & æstimatione periculi, valet v. g. nunc decem aureis, estque valor præsentis temporis. Idem verò equum, si permansisset usque ad perfectam ætatem, quia generosa stirpis, valiturus erat centum aureis, hic valet futuri temporis. Pari modo seges hæc, quam hodie mense Martij combussisti, cum tota spe futuri fructus valet propter expensas, pericula consuetæ, &c. juxta experti viri, decem aureis: at mense Augusti autem collecta seges valebit centum. Queritur jam, An destructor equi, vel destructor segetis restituere teneatur nunc decem, an centum? Respondeo, communem esse sententiam, teneri duntaxat decem; sive per malitiam, sive per negligentiam moraliter culpabilem occideris, vel incendis. Ita S. Thomas. 2. 2. quest. 62. art. 4. Molina. 2. 2. q. 726. num. 4. Less. cap. 12. dub. 19. Diana. part. 1. tract. 6. q. 1. cell. res. 6. Petrus Navar. Less. apud Dicitur lib. 2. de iust. tract. 2. d. 2. dub. 6. num. 116. & 117. Ceterum Sotum, & Salonium, putantes: si per malitiam, restituendum esse pretium, quod erit in re, si per negligentiam, esse restituendum pretium, quod est in spe. Ratio communis est, quia justitia solum exigit, ut restituatur, quantum ablaturum est: sed tu, per illam occasionem equi, & per combustionem segetis, solam abstulisti, quanti tunc valebant equus, & seges, necpe aureos decem, ergo hos duntaxat restituere debes. Non negat tamen hæc communis opinio, ex alio capite, te aliquando plus debere restituere nempe, quia læsa causa damni emergentis, vel lucri cessantis dominus. Si enim propter dictum incendium segetum, sterilitas inducta esset frumenti, unde dominus, vel etiam alii coacti essent ad emendum carius annonam, id totum debes reddere, nam tunc hujus totius damni tu iniqua causa fuisti.

10. Obiciet quis: At etiam tu iniqua causa fuisti, cur dominus non habuerit suo tempore equum valentem centum aureis, atque aded, ut cessaverit domino hoc lucrum: ergo etiam hoc centum ei restituere oportebit deducta æstimatione periculorum, deductis expensis, quas in alendo equo dominus fecit. Confirmatur: nam etiam sic, si furatus fuisses pecuniam a domino, deberes eidem restituere tam pecuniam

¶ Quod id facias sine vi, vel fraude, sed precibus
consilio, &c. quamvis motus ab animo lædendi cum
in eius favorem condendum fuisset, v.g. testamentum
ob pecces interituri contra Charitatem, ut peccaret Ju-
daea, qui reum morte dignum ex odio condemnaret: nō
Paris.

FF 2

Dubium incidens de impediendo donationem peccaminosam alteri factam.

7. Dubium hic non vulgate sese offert explicandum. Si Anton. v. g. velit dare centum Petro, quæ donatio sit peccaminosa, licetne ego, & sine onere restitutionis impediam, ne Anton. donet? Respond. si impedis bono zelo, & sine odio, vel simili, certum est, te licite impedire, iuste enim tunc impedis crimine proximi. Difficultas est, si impedis non ex bono zelo, sed cum peccato, v. g. ex odio, quod geris contra Petrum, vel mediis iniquis, v. g. malè dicendo de Petro, &c.

8. Aio esse diligenter distinguendum, quia ratione dicta donatio, quæ impedienda est, sit peccaminosa. Vel enim primò, ita est peccaminosa, & injusta, ut Petr. recipientem donatam suam facere non possit; id quod accidere possit, si res, v. g. donanda esset aliena, vel furtiva; & in hoc casu certum est, posse impedire non solum sine vi, & fraude, sed etiam cum fraude, & vi, nam impedis, ne Petr. aliena bona occupet. Quare si tu ex odio moveris, vel vim illicitam adhibes, peccabis quidem: sed quia non peccabis contra Iustitiam debitam ipsi Petro, non contrahas obligationem restitutionis.

9. Vel secundò, ita est peccaminosa prædicta donatio, ut non sit injusta, ut si Antonius donare vellet ea, quæ suæ familiæ sunt omnino necessaria, vel vellet donare ex malo fine, v. g. ex vana gloria, ex fine adulterandi, &c. & tunc est nobis nova distinctione utendum? Si enim donatio est peccaminosa ex parte utriusque, tum donantis Antonij, tum donatarij Petri, (qualis est dicta donatio rei necessariae familiæ, in ea enim peccat tum donans, quia tollit necessaria familiæ, tum donatarius, quia cooperatur, ut supponimus, peccato donantis,) potes etiam vi, & fraude impedire, modò visus sit prudenter illata, nec sit tanta, ut ex aliquo alio capite modum excedat. Ratio est non ab similibus, ac dictis, quia non est peccatum contra iustitiam impedire, ne quis recipiat id, quod sine peccato recipere absolute non potest.

10. At verò si donatio sit peccaminosa solum ex parte donantis, non verò ex parte donatarij, qualis est donatio facta ab Antonio ex fine vanae gloriae, vel adulterij, tunc potes quidem impedire sine vi, vel fraude, & potes etiam impedire indirectè persuadendo Antonio ut deponat illum malum finem, unde consequatur donationis omisso, quia sic, ex bono zelo impeditur peccatum alterius: at nullo modo potes impedire vi, vel fraude, & si sic impedis, obligationem restitutionis subibis, Ratio est, quia tunc contra Iustitiam impedis donatarium: cum quilibet habeat Ius ne impediatur malis artibus à consecutione ejus, quod sine peccato ipse consequi potest.

11. Denique si, contra, donatio sit illicita solum ex parte donatarij, non verò donantis, ut si dictus Petrus vellet recipere donationem ex fine vanae gloriae, vel adulterij, quem finem, quia Antonius nescit non est particeps peccati, si tu id scias, licetne tibi impedire ejusmodi donationem? Respond. licere sine vi, vel fraude, & bonis artibus persuadendo ipsum donatarium, ut cesset ab illo fine malo: Verum, si persuaderi non possit, non licere vi, vel fraude impedire colligitur ex ratione modò dicta n. 10. Quilibet enim videtur habere Ius donandi id, quod sine peccato dare potest, id tamen aliis considerandum relinquo.

§. III. De impediendo bonum alteri, quoad ea, quæ pertinent ad Distributivam.

Ubi aliqua de Beneficiis, & Officiis.

1. Aliqua non rarò bona distribuuntur in Rep. inter Cives, quæ duplicis dispositionis esse solent. Prima, quæ danda sunt certis, & determinatis personis, v. g. singulis danda est à Monte Pietatis

mensura frumenti omnibus pauperibus talis Nationis vel omnibus suis pauperibus, qui eam voluerint. Beneficia, quæ danda sunt indeterminatis personis, sed eligentibus ex libera voluntate distribuentis, v. g. danda sunt ex mensura iis pauperibus, quos libere elegerit Montis, vel danda est mensura frumenti alterutri ex his pauperibus: quem nempe ipse distributor libere ex duobus eligerit.

2. Dico jam, cum Sylvest. 2. 2. q. 61. art. 1. quæst. 1. concl. 3. Qui sine vi, & fraude, sine fine illis quædam, cumque impeditur, in priore jam dicta dispositione per peccat, & tenetur ad restitutionem. Ratio est, quia festi, quia tunc illi singuli habent Ius ad eam electionem, nam, & illis ex voluntate disponentis ea datur. At in posteriori dispositione, si sine vi vel fraude impedis, non obligaris ad restitutionem, quia sicuti tu non libere eligere potest, sic tu illi persuadere, & hinc erit eadem doctrina, quæ allata est supra, §. 2. nam, si impedis vi, vel fraude, ad restitutionem obligaris quanti aestimabitur à prudenti damnum impeditum. Ratio est, quia licet illi non habeant Ius hoc commutativè ante electionem ad elemosinam, habent tamen Ius, ne impediatur fraudibus, & vi a se actione illius boni, recurrente huc doctrina allata præ, §. 2. num. 3.

Impedientes consecutionem Beneficij.

3. Hæc pertinent impedimenta contra volentes sequi beneficia, vel munia, quæ solent à Republica vel à Prælato benemeritis distribui; de quibus breviter colligo ex Lessio lib. 2. cap. 12. de b. 17. c. 1. Dicat. lib. 2. de justit. tract. 2. dispnt. 8. art. 2. qui citant.

Primo: Si quis erat Beneficij dignus, illamque etiam vi, & fraude impediti, ut conferretur digno, ad nihil teneris. Ratio est, quia dignus non habet ullum jus respectu dignioris, quare illum indigno facit juxta voluntatem Republice, intendente dare beneficia, vel munera dignioribus. Quod si impediti, ut conferretur aequè digno, ad restitutionem teneris juxta spem, quam alias habebat. (Si enim illam spem habuisset, cum nihil damni illi feceris, non debbis.) Ratio est, quia ille alius dignus, respectu aequè digni, gaudebat jure, ne malis artibus impeditur.

4. Secundò: Si absque vi, vel fraude curat, daretur indigno, nihil teneris restituere ipsi digno, vel dignioribus; sed Reipublicæ, vel Ecclesiæ, de damno secuto. Ratio est, quia solum Reipublicæ non verò illis dignis, vel dignioribus injuriam movisti. Nullus enim habet Ius iustitiæ ad Beneficia, quidem primo loco tenetur dictæ Reipublicæ, qui habet Officium, Secundò collator, Tertiò, tu qui fastidior. Quod si nullum damnum secutum est, adhuc non est damnum secuto. Ratio est, quia solum Reipublicæ datum preceptorum restitutio faciendâ est ipsi Reipublicæ vel Ecclesiæ, ad quam pertinet Beneficium, quia hoc quod est propria sustentatio Ministris idoneis, contra voluntatem Ecclesiæ indigno. At si simili modo sine fraude procurasti, ut daretur digno, tunc dignioribus, ad nihil ulli teneris: Nam, non tenentur dignioribus, hi enim non habent Ius Justitiæ commutativè supra dignos; non Reipublicæ, vel Ecclesiæ, quia non est illis facta injuria, dum dignum habent ergo, &c.

5. Tertiò: Si prodas crimen occultum, unde curat datur aliquis à beneficio, siquidem prodas Collatorum etiam malo animo, non teneris ad restitutionem, nisi si Collator, si tua non accessisset infamatio, illi beneficium collaturus fuisset. Ratio est, quia quando agitur de beneficiis, atque Officiis, cujuscunque est Justitiæ faciendâ ea, quæ minus habilem hominem faciunt, unde etiam solent capi informationes, &c. Quid, si prodas aliis, unde diffametur is, de quo agitur, Respondetur

inclinat te non teneri ad restitutionem valoris Beneficii, (tensi enim ad restitutionem famæ certum est) si excludatur ex vi commissi criminis: at si excludatur ex vi infamiae per tuam oculis illius criminis publicationem enata, te teneri. Ratio esse potest, quia si includatur à tuo crimine, hic à tuo.

Quarto, Si impedias etiam vi, ne conferatur in Beneficium, ad nihil teneris: quia ad huiusmodi Beneficia, vel ad nullum proflus habent ius indigni.

Quinto, Si ut tu facilius impetres Beneficium, per Procuratorem prætendens illud idem Beneficium, quod tu prætendis, cum orando, vel cogendo, per alium prætentum in aliis negotiis eundem detineas, ut item si impedias Tabellarios affertentes litteras ad tuum competitorum, vel eandem apertas, quod ad Beneficium illud excludas, an obligeris ad restitutionem, & resolvi potest ex dictis, & habet decidendum Doctores, de Lugo tom. 1. dist. 18. sect. 5. num. 102. etiam Bonacin. & Vasquez & num. 104. citantem Castro Pal. &c.

Denique ex istis dictis obiter intelligis ex violatione solius iustitiae distributivæ non oriri obligationem restituendi, nisi quatenus simul violatur ius aliquod commutativum ad iustitiam commutativam. Ita Reb. Molina, Tur. alique, quos citat, sequiturque Bonacin. d. 1. de restitu. questio prima, par. prima.

Contra Vasq. Salomium, aliosque ibidem citatos, lege item Dicastill. lib. 2. de iust. tract. 2. d. 8. hanc quaest. d. 1. dub. 3. Hactenus enim videtur, tunc ad huiusmodi distributionibus adesse obligationem restitutionis, quando quis violavit ius, quod alius habet, utque repellatur, ne impediretur, &c. hoc autem ius ad commutativam pertinet. Adde obligationem restitutionis fundari in obligatione faciendæ æqualitatis æquitative, quam quis in rigore debet facere; at hæc ex iustitia commutativa faciendæ est. Nam propter Principes, si non distribuat, quæ distribuere Civibus pro eorum meritis debet, & hæres, si non eligat pauperes, quos eligere voluntas Testatoris iussit, ideo ad restitutionem obligatur, quia lædunt iustitiam commutativam, dum faciunt contra ius, quod habent Communitatis, & illi pauperes ad distributionem, & electionem. Et quando Principes, vel alius elector eligit indignum ad aliquod Officium, ideo obligatur ad damnum, quod indignus Officialis inferret Communitati, quia tunc Principes, & elector sunt, contra iustitiam commutativam concusse ad tale damnum, dum indignum ei Communitati præferunt.

6. IV. De Distributione Beneficiorum Officialium.

Deamus hac occasione aliquid de huiusmodi argumentis: atque quatuor dictis breviter expeditur ea, quæ nimis prolixè, & confusè aliqui pertractant.

Præmitto autem, Dignitatem pro his Beneficiis, Officialibus (ex S. Thom. loco mox citando), aliisque; lege item Sanchez libro secundo, Confil. 1. de iustitiae secunda, & Caram. in Reg. S. Bened. num. 1504. Dicastill. libro secundo, de iust. tract. secund. d. 8. habitatione (prima), non esse eum, qui absolute doctior, sanctior, prudentior est, sed qui fore utilior pro bono communi in eo munere prævidetur: nam propterea aliquando minus doctus, dignior in aliquibus circumstantiis erit pro hac Ecclesia contumaci, quia nobilior vel quia potentior est, quam, qui doctior, sanctior. Et dignior erit inter Hæreticos, qui doctior; quam qui sanctior, & inter Catholicos, qui sanctior, quam qui doctior, &c. Iam igitur tota difficultas in hoc argumento est, quænam obligatio sit eligendi ad ea munera illos, qui omnibus expensis, sunt digniores, ac repellendi eos, qui vel indigni sunt, vel minus digni.

Part. I.

3. Affertio primò, esse ex suo genere mortale Beneficia, & Officia, inò quælibet bona distribuere indignis & immeritis: ex S. Thom. 2. 2. q. 63. & communiter; lege etiam q. 85. art. 3. Dicastill. l. c. dub. 5. Ratio communis est, quia esset acceptio personarum vitiosa in re gravi, ut supponimus, & damnum inferretur iis circa quos illa munera exerceri debent: unde sic distribuens contrahit obligationem restitutionis, ut modò §. præcedente, num. 2. breviter innuimus.

4. Dixi autem (ex suo genere) posset enim excusatio aliqua te hic distribuente à mortali liberare; ut, si electus, sit multum leviter indignus; si res distribuenda esset iudicio prudentem levis; si ratio quidem fuerit habita meritorum, sed merita minus, & alterius parum se invicem superarent; si leve, vel nullum damnum Reipubl. vel alteri inferretur, & similia. Ita Sor. Val. Reb. alique apud Dicastill. loco cit. dub. 5. num. 84. & de Lugo mox citandus, sect. 3. à num. 21. contra Turrian.

5. Affertio secundò, omnia Beneficia, sive majora, ut Cardinalatus, & episcopatus, sive minora, ut Canoniciatus, & Capellanias, sive curam animarum habentia, ut Abbacia, & Parochia, sive non habentia, ut prædictus Canoniciatus, & Capellanias, cæteraque Beneficia, quæ simplicia nominantur, abstrahendo ab iis, quæ dantur in concursu (de quibus mox num. 14.) affertio, inquam, satis esse ad evitandum mortale, si conferantur dignis, & idoneis, esto prætermittantur digniores, vel dignissimi. Ita plures apud de Lugo, lib. 2. de iust. d. 35. sect. 2. num. 11. & apud Dian. p. 1. tract. 15. resol. 40. Caram. in Reg. S. Bened. num. 1505. dum probat stado luri naturæ in nulla dignitate debere digniorem necessariò præponi. Id, quod certè semper sit cum veniali; quia semper est aliqua deordinatio. Idem dic de resignante suum Beneficium in favorem alterius digni. Idem de dantibus suffragia pro dignis in electione Prælatorum Regularium, deque eligentibus, seu creantibus eisdem dignos, loquimur autem, præciso iuramento, vel alia obligante constitutione in contrarium: quæ certè, si adfuit, erunt juxta receptam consuetudinem observanda. Hæc tam ampla assertio licet communiter non admittatur, ut plures citati à Dicastill. loco cit. tamen esse probabilem sic facit Filiuc. 3. tr. 41. in Append. cap. 4. num. 181. Dico quinto (ait) sententiam, quæ tenet satis esse dignos ad Beneficia, quæ non dantur in concursu, esse probabilem ex Trident. sess. 7. cap. 3. de reformat. ascende, ut conferantur dignis. Et universalis affirmatio, in creatione Beneficiorum, ut Cardinalium, Episcoporum, Abbatum, &c. qui si inter dignos habeantur, laudantur electores, & electio, non laudatur autem communiter, si mala esset, & peccatum mortale. Hæc Filiucius.

Ratio autem huius probabilitatis duplex est. Altera, quia non videtur graviter esse invita, nec læsa Ecclesia, si ea provideatur de dignis: commune enim est in more humano, sub quo instituta sunt Beneficia, & Ecclesiarum provisiones, ut ea judicetur recta provisio, quæ fiat per aptos, non verò necessariò, per aptissimos: siquidem ad moralem, & humanam diligentiam ponendam homines obligantur, quam certè dignus exhibere potest; non ad omnino, & ex omni parte perfectam, quia id onus esset non humanis viribus tolerandum, Confirmatur, quia, fac Episcopum esse dignissimum sed se gerat tanquam dignum Prælatum, non verò tanquam dignissimum, ea nimirum pro utilitate Diocesis operando, quæ sufficiunt ad ejus diligentem gubernationem, non autem diligentissimam: certè hunc non condemnare de mortali qui non obligatur, nisi humano more, moralem diligentiam adhibere, ut alibi universaliter dictum est. Si igitur ego do Ecclesie Prælatum dignum, qui similia possit operari, cur ero condemnandus; ipse certè, si deficiat, condemnabitur, cum possit non deficere: non ego, &c.

Ff 3

7. Altera

7. Altera Ratio, quia hoc ipsum videtur concessisse Tridentinum; quod si contraria appareant alia iura exposita digniorem, videntur à Tridentino, vel à consuetudine abrogata. Tridentinum sess. 7. cap. 3. de reformatione, sic habet: *Inferiora beneficia Ecclesiastica praesertim curam animarum habentia personis dignis, & habitibus conferantur, & de majoribus, (sess. 14. cap. 1. de reformatione.) Omnes, inquit, qui ad promotionem praeficiendum ius habent, monet Synodus, ut in primis meminerint Bonos pastores, & Ecclesiae gubernanda idoneos promoveri &c. Bonos dixit, non optimos, idoneos addidit, non maxime idoneos.*

8. Instas; At immediate sic tradit Concilium: *Eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiae magis utiles ipsi indicaverint.*

Respondeo primo, cum immediate antea Concilium videatur esse consensus de dignis, vel primo videtur per hoc (*Digniores*) non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo: vel secundo, locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos, quos paulo ante admisit: vel tandem tertio, loquitur, quando sit concursus, de quo *mox num. 14.* Alias duas responsiones affert Castr. Pal. quas impugnat de Lugo, loco citato d. 3. sect. 4. num. 4.

Nec vero quoad primam nostram responsionem, novum est apud Latinos (qualem esse cum, qui Tridentinum Concilium stylo reddidit, scimus omnes) comparativum pro positivo sumere: *Utitur vulgo*, (inquit; Laur. Valla, lib. 1. de elegant. linguae Lat. cap. 14.) *comparativum pro absolutis, ut si quis infirmorem appellat, non dixit pro minus, quam infirmus; Et paulo post: Junior, & senior pro positivo accipi solent (nempe pro juvene & pro senes) quemadmodum ocyus pro ceteris, & minus pro non semper ferè accipitur.*

9. Confirmatur primo haec prima responsio, quia hoc vel alio simili modo debuit id intelligere Fillucius, dum nostram opinionem vocat probabilem, etiam in Episcopatu. Confirmatur secundo, quia ita etiam debent intelligere, Reginald. quem sequitur, citatque Dian. *part. 2. tract. 15. resol. 40.* Henriquez, Castro Pal. alique citati à de Lugo, loco citato, num. 37. dum docent, eos qui ius habent conferendi Beneficia per provisionem liberam, ut Summus Pontifex, & Reges, satisfacere suae obligationi, si dignis conferant, quia aliud exigere in Papa, & Regibus esset valde onerosum. Amabo te, si iste hic lector, si onerosum Regibus, cur non aliis? Deinde: An quia Episcopus praesentetur à Rege, dignior, & utilior eo ipso evadit, non vero si ab aliis? Denique, jam ergo non amplius rationem habes majoris utilitatis Ecclesiae.

10. Confirmatur tertio, quia ita etiam debent intelligere, qui concedunt eos laicos, quibus de jure Patronatus incumbit praesentare ad Episcopatus, & similia, pro posse solum dignos praesentare. Ita de Lugo, loco citato, sect. 4. n. 39. Dicast. lib. 2. de iust. tract. 2. d. 8. dub. 5. num. 100, & num. 101. Et Ratio harum confirmationum ea est, quia, si Tridentinum loquitur de omnibus, ad quos pertinet cura praeficiendorum, etiam nos omnes comprehendit, & sub mortali obligaret ad digniores praeficiendos: si ergo ipsi negant praedictos peccare mortaliter praeficiendo dignos, nostram explicationem excipere convincuntur.

11. Respondeo secundo, ad instantiam num. 8. factam me ingenuè fateri propter hunc Tridentini textum esse multò probabilius Episcopatus, & similia majora Curata Beneficia, de quibus solum loquitur Tridentinum, debere dignioribus conferri, nec in praxi aliter esse consulendum.

12. Obiicies primo, cum Vasquez, in opus. de Benef. cap. 2. §. 3. dub. 8. Beneficia sunt bona communia, ergo distribuenda pro meritis, ergo praeficiendi semper digniores. Respondeo, sanè probandum esset antecedens,

non supponendum: solum ergo bona communia sunt, quia aliquo tandem modo minus principia sunt ad excitandos homines ad studia, utitur ut iis praediti Ecclesiis praeficiantur; Sed addimus excitandos, si noverint dignos esse praeficiendos, magis sic excitabuntur, nam si existerentur digniores, cum multi desperarent ab allurgendo à munii dignitate, à sui cultura desisterent.

13. Obiicies secundo cum de Lugo 1.2. de iust. sect. 2. num. 18. est de iure natura, ut in quibuslibet munetibus prospiciatur bono communi. At in Episcopatu, & similibus gravioribus non prospiciatur bono communi per dignos: quia Episcopi magna, & de pro ovibus suis capessere debent: ergo, &c.

Si enim Episcopus non sit aptus ad prospiciendum negotiis currentibus juxta morem, & humanam provisionem, quam satis esse nemo negare potest, cessabit, ne dignus quidem, quare nihil contra nos. Cetera argumenta ab aliis contra nostram sententiam allata, ipsemet de Lugo fuse dissolvit.

14. Alfero tertio: Quando Beneficia conferuntur concurrentibus, tunc sine dubio eligentibus ex concurrentibus debent sub mortali concurrere. Ita Fill. loc. cit. num. 180. citans Less. Ratio est, quia pro, quod illi conveniunt ad exam. n. pactum intantum fuit, ut dignior palmam, veluti in stadio, sit taturus, quare magna injuria fieret vincenti, si nullo modo non potiretur. Adde in beneficiis Curatis sancti ejusmodi concursus institutum esse: ut in Ecclesia de dignissimis, quoad fieri possit, providetur quam institutionem tam serio, & exaggeratis verbis Tridentinum, sess. 24. c. 14. de reformatione, exequitur, quod illi graviter non est dubitandum.

15. Alfero quarto: Sive Princeps, sive is, cui intubif absoluta officij ejusqueque secularis collatio, Electores, qui dant suffragia ad aliquem eligendum, obligantur sub mortali, nisi dignis conferre, vel eligi. Ita Vasq. loc. cit. c. 2. §. 3. dub. 13. Caiet. Molfes. alique de Lugo, tom. 2. de iust. d. 34. sect. 2. num. 13. Dicast. lib. 2. de iust. a num. 111. vocans num. 113. hanc probabiliter contrariam probabiliorum. Excipe semper juratum, vel quid simile, ut excepisti num. 5. Ratio huius quarti dicti est eadem, quae modo dicta est, nam, si enim video, cur his electoribus, & collatoribus Electorij secularis maius onus imponi debeat, cum per dignos, humano, satis Reipublicae consulatur, licet per quam optabilius esset per dignissimos!

16. Dixi (Electores qui dant suffragia.) Nam, ea colligunt, secundum ea debent pronuntiare: quod peccaret mortaliter, si digniorem, hoc est, habentem sine fraude plura suffragia, praetermitteret, siquidem tantum, atque aliquis pluribus gaudet votis, acquirit quoddam electionis, quo privati irrationabiliter non debet.

Hinc, quando pro pluribus, qui numerosiora suffragia aequè habuerunt, adhibetur fors (quam adhibere communis secularibus non vetatur, vetatur in Ecclesiasticis) peccat cum onere restitutionis, juxta speciem eventus, is qui fraudes molitur, vel imponenda nomina, vel aliqua subtrahendo, vel chartas signando, &c. Tunc enim laedit justitiam commutativam concurrentes: perinde facit in ludo is, qui in ipso injustas fraudes usurpat.